IN ACTOREM ELLOGIA.

C.PLINIVS CAECILIVS MARCO SVO SALVTEM:

PErgratū eſt michi ꝙ tam diligenter libros auunculi mei lectitas:ut habere oēs uelis q̄raſq;
qui ſint oēs.Fungar indicis ptibus.Atq; ēt quo ſint ordie ſcripti:notū tibi faciā.Eſt.n.hæc
quoq; ſtudioſis nō iniucūda cognitio.De iaculatione equeſtri unus.Hūc cum prefectus alæ
militaret:pari īgenio curaq; cōpoſuit.De uita pomponii Secūdi duo a:quo ſingulariter amatus hoc
memoriæ amici:quaſi debitū munus exoluit.Belloꝝ germaniæ.xx.quibus omnia quæ cū germanis
geſſimus bella collegit.inchoauit cū in germania militaret:ſomnio mōitus.adſtitit:n.ei q̄eſcēti Dru
ſi neronis effigies:q germaniæ latiſſime uictor ibi periit.Cōmēdabat memoriā ſuam:orabatq; ut ſe
ab iniuria obliuionis aſſereret.Studioſi tres quos ī ſex uolumina ꝓpter amplitudinem diuiſit: quib⁹
oratorē ab īcunabulis inſtituit & pfecit.Dubii ſermonis octo ſcripſit ſub nerone nouiſſimis ānis:cū
omne genus ſtudiotum paulo liberius & erectius piculoſum ſeruitus feciſſet.a fine aufidi Baſſi. xxxi.
naturæ hiſtoriaꝝ.xxxvii.opus difuſſum:eruditū:nec minus uarium q̄ ipſa natura.Miraris ꝙ tot uo-
lumīa:multaq; ī his tam ſcrupuloſa hō occupatus abſolueret:Magis miraberis:ſi ſcieris illum aliquā
diu cauſas actitaſſe.Dececiſſe āno ſexto &quīquageſimo.Medium tem pus diſtentum impeditumq;
qua officiis maximis:qua amicitia pricipum egiſſe.Sed erat acre īgenium:incredibilie ſtudium:ſum
ma uigilātia.Lucubrare a uulcanalibus īcipiebat:nō auſpicandi cauſa:ſed ſtudēdi ſtatim a nocte mul
ta. Hyeme uero ab hora ſeptia:uel cum tardiſſime octaua:ſæpe ſexta. Erat ſane ſomni pciſſimi. non
nunquā etiam iter ipſa ſtudia īſtantis & differentis.ante lucem ibat ad Veſpaſianum imperatorem.
na m ille quoq; noctibus utebatur.inde ad delegatum ſibi officium:Reuerſus domum quod reliquū
temporis ſtudiis reddebat poſt cibum ſæpe quem īterdiu leuem & facilem ueteꝝ more ſumebat:æſta
te ſi quid otii iacebat ī ſole:liber legebatur:ānotabat:excerpebatq;:nihil enim unq̄ legit:q̄d nō excer
peret.Dicere etiam ſolebat nullum eſſe librū tam malum:ut nō aliqua pte prodeſſet poſt ſolem ple
runq; frigida aqua lauabatur.Deinde guſtabat: dormiebatq; minimū.Mox quaſi alio die ſtudebat ī
cœnæ tempus.Super hanc liber legebatur:annotabatur & quidem curſim:Memini quēdā ex amicis
cum lector q̄dam pronunciaſſet perperam reuocaſſe:& repeti coegiſſe.Huic auunculum meum dixiſ
ſe:ītellexera :nempe cum ille annuiſſet:Cur ergo reuocabas:Decem amplius uerſus hac tua īterpel
latione pdidimus.Tanta erat parſimonia temporis:Surgebat æſtate a luce. Cœna hyeme ītra primā
noctis:& tanquam aliqua lege cogente:Hæc īter medios labores urbiſq; fremitum:in ſeceſſu ſolū ba
linei tempus ſtudiis eximebatur.Cum dico balinei de īterioribus loquor.nam dum diſtrīgitur:tergī
turq;:audiebat aliqd aut dictabat.in itinere quaſi ſolutus caeteris curis:huic ūi ucaabat.ad latus no-
tarius cum libro & pugillaribus:cuius manus hyeme manicis muniebanť:ut ne cœli quidē aſperitas
ullum ſtudiis tempus eriperet.Qua ea cauſa rome quoq; ſella uehebať Repeto me correptum ab eo
cum ambularē.poteras inquit has horas non pdere.nam perire omne tempus arbitrabatur:q̄d ſtu-
diis nō īptiretur.Hac ītentione tot iſta uolumina pegit:electorūq; cōmentarios:clx mihi. relinq̄t:opi
ſthographos quidē minutiſſimis ſcriptos.Qua rōne multiplicatur hic nūerus referebat ipſe potuiſſe
cum procuraret:uēdeř ī hiſpania hos cōmentarios Lartio Licinio.cccc.milibus nūmū & tūc aliquan
to pauciores erāt nōne uideť tibi recordāti quātū legerit quātum ſcripſerit nec ī officiis ullis nec in
amicitia pricipū fuiſſe rurſus cū audis quid officioꝝ ſtudiis laboris īpederit nec ſcripſiſſe ſatis nec le
giſſe:Quid eſt.n.quod nō ille aut occupationes īpedire aut haec īſtātia non poſſit efficeř itaq; ſoleo
rideř cū me quidam ſtudioſum uocāt qui ſi comparer illi ſim deſidioſiſſimus.Ergo aūt tm̄ quē parti
publica pti officia amicoꝝ diſtrīgūt.Quis ex iſtis qui tota uita litteris aſſident collatus illi non quaſi
ſomno & iertie deditus erubeſcat extēdi epiſtolā cū hoc ſolū q̄d reqrebas ſcribere deſtinaſſem:quos
ſcilicet libros reliquiſſet.Confido haec quoq; tibi nō mīus grata q̄ ipſos libros futura que te nō tm̄
ad legēdos eos ueꝝ etiā ad ſimile aliquid elaborādū poſſunt emulatiōis ſtimulis excitare. Vale.

SVETONII TRANQVILLII IN LIBRO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

PLynius Secundus Nouocomēſis equeſtribus militiis īduſtrie functus ꝓcuraciones quoq;
ſpledidiſſimas atq; continuas ſumma ītegritate adminiſtrauit.Et tñ liberalibus ſtudis tan
tam opam dedit:ut nō temere qs plura ī otio ſcripſerit.itaq; bella oīa q̄ unq̄ cū germāis geſta ſunt
.xx.uoluminibus cōprehēdit:itē naturalis hiſtoriæ.xxxvii.libros ab ſoluit.periit Clade cāpaniæ.Nā Gaudius
cum miſſenēſi claſſi præeſſet:& flagrante ueſuuio ad explorandas ꝓpius cauſas liburnicas pretendiſ
ſet:neq; aduerſantib⁹ uentis remeare poſſet ui bulueris ac fauile oppreſſus eſt.Vel ut quidā eſtimāt
a ſeruo ſuo occi ſus.quē deficies eſtu ut necem ſibi maturaret orauerat.Hic ī his libris.xx.milia rerū
dignaꝝ ex lectiōe uoluminum circiter duum milium complexus eſt:plimus autem liber quaſi index
xxxvi.librorum ſequentium conſumationem totius operis & ſpecies continet titulorum.